

PRAEFATIO.

raphyſices inter nos reſormatoribus, Leib-
nitius, Wolfius, Bülfingeris, Reuſchiis, fert
acceptas non ingrata Germania, nullus vn-
quam diffitebor. Quae ſcaturigo tam lim-
pida, quae non aliquos voluat in fundo
ſcrupulos? Quantum abſum a caecis aſſen-
tationibus in philoſophando, tantum, im-
mo magis, alienum me laetus experior a
ferrea fronte hominum, qui non diſſimu-
lant ſolum et claudunt aliis, quantum eius
ab ipsis fieri poteſt, fontes, ex quibus ſuos
maxime riuulos irrigarunt, ſed etiam tur-
bant eosdem et venenatos, aut neſcio quo
peſtilenti ſidere afflatoſ praedicant, quo
facilius et ex ſe promiſſe, quae proferunt
ipſi, et alii, quae communi de fonte hau-
ſerunt, a ſe tamen mutuo accepiffe rerum
ignaris videantur. Habes, AUDITOR BE-
NEVOLE, quos conſulas, vbi non ſatis omni-
no TIBI fecerim, et ex quibus, ſi quid inſci-
us erroris commiſerim, mea corrigas.

Ad ſcribendi rationem quod attinet, quo
magis a purioris in dicendo copiae deliciis
per praefentes ſtudiorum meorum rationes,
et rigida ſtyli philoſophici praecepta, tum
alias, tum hiſ ipsis in cartulis diuulſus vi-
deor, hoc eas magis in oculis fero, hoc
vbique, quantum fas eſt, ſequar, ſi non
conſequar, ardentius. Veneres tamen
orationis ſectari, varios ornatus aucupari,
circum,